



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica  
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ  
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

**Bucer, Martin**

**Genevae, 1613**

Apologia libri Reformationis contra reprehensiones Aduersariorum in  
negotio S. Cœnæ 107

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34315**

externo tantum opere S. Cœnæ confideret: quin potius omnes sermone monerentur, quod ad iudicium & cō demnationem omnibus inferuiat, qui sine vera fide ei presentes interfint. Hæc omnia clara sunt.

Iam iudicet quiuis Christianus, an non missis antiquorum Christianorum, dicta ratione ac forma obseruatis, Aduersariorum Missæ ex diametro repugnant, Christianæ verò Reformationis forma in omnibus substantialibus partibus consentiat. Etiam si enim signum adoletionis incensi in ea ordinatum non sit, sicut nec osculum pacis: perspicuum tamen est, hæc signa non esse necessaria, & neque apud Aduersarios, quemadmodum apud veteres, vsurpata significatio ac virtus ipsa talium signorum, in qua torius negotij cardo vertitur, non est in libro Reformationis prætermissa. Porro quamuis edificans sanctorum Apostolorum & Martyrum memoria, quæ sit publica nominum ipsorum recitatione, ad hanc actionem in libro Reformationis, ordinata non sit, commodiori tamen, & ad ædificationem vtiliori loco & tempore celebranda est instituta. Ad veram oblationem & communionem, item nõ quis S. Cœnæ præsens adsit, nisi ad fructuosam eius perceptionem idoneus, fideliter hortatur Reformationis liber. Forma igitur, quæ in eo proposita est, & S. Scripture, & priscarum Ecclesiarum obseruationi concordat: quod facillè cuiuis Christiano apparebit, qui ea quæ hæcenus in hac materia disputata sunt, penitus inspicere, diligentiusque examinare volet. Nihilominus tamen ad reprehensionem Aduersariorum, breuiter ac summam ordine respondebimus.

*Apologia libri Reformationis, contra accusationes Aduersariorum, in negotio S. Cœnæ.*

CAP. CVII.



Cito accusationes Aduersarij instituunt.

Prima est, Librum dicere, Christum Cœnam suam tantum communionis causa instituisse, & in prima sua Cœna non obtulisse.

Ad hanc accusationem superius satis responsum est, in articulo de quatuor Oblationibus in Missa. Constat Dominum de Sacramentis corporis & sanguinis sui non dixisse, Offerre ea Patri, sed *accipite, comedite, bibite, & Hoc facite in mei commemorationem.* In quibus verbis nullum habetur præceptum de oblatione corporis & sanguinis Christi.

Quod si Gratiarum actio oblatio est: & corpus ac sanguinem in S. Cœna offerre dicimur, quando cum gratiarum actione annunciatum ac commemoratur, quomodo hoc corpus & sanguis in ara crucis pro nobis oblatus sit, sicut S. Patres interdum loqui solent, tunc liber Reformationis non contradicit, Dominum in prima sua Cœna obtulisse, hoc est, gratias egisse, nobisque vt eodem modo offeramus præcepisse, hoc est, Deo Patri & sibi gratias agamus, quod corpus & sanguinem suum pro nobis in cruce immolauerit.

Verbis.

Verbis autem offerendi & sacrificandi Liber non est vsus, imitatus in hoc Dominum & Apostolos eius, posteaquam in tam deprauatum sensum detorta sunt. De hac re vide supra latius in articulo de sacrificio Missæ.

Altera Accusatio est, Librum Reformationis hæc vocabula, Oblatio & sacrificium exponere, quod nihil aliud significant, quam memoriam sacrificij Christi. Actionem verò Cœnæ negare esse sacrificium, quamlibet Sacerdos eam applicet. Denique asserere, quod Sacerdos nequeat in Missa Dominum nostrum Christum Patri figuraliter & mysticè offerre.

Superius adducta sunt dicta S. Patrû, vt Augustini ex expositione Ps. 75. Item ex 20. lib. contra Faustum, c. 18. & 21. item ex Homil. 17. Chrylostomi, in Epist. ad Hebr. in quibus ipsi Patres, Offerre Christum in Cœna, exponunt, pro eo quod est memoriâ oblationis Christi factæ in cruce celebrare. Nô offerimus aliud sacrificiû, inquit Chrylostomus, tanquã Põtifex, sed hoc idẽ quod ipse obtulit: imò magis memoriam celebramus huius sanctæ oblationis. Porro quod etiam populus in S. Cœna Domino offerri debeat, vna cum precibus & gratiarum actione, etiam liber Reformationis docet.

De applicatione quoq. satis dictum est, etiã in proprio ipsorû Articulo. Sacrificiû Christi Sacerdos nemini aliter applicare, & fructuosum reddere potest, quã prædicatione victimæ Christi, distributione sacramentorum & oratione pro hominibus, ad quod fides ac propria applicatio quoque omnium qui verum huius sacrificij fructum percipere volunt, requiritur necessariò, quemadmodum ipsi Aduersarij fatentur.

Quomodo autem Christus Dominus figuraliter Patri offerendus sit, declarare necesse est. Si Christum figuraliter ac mysticè Patri offerre est, quando symbola panis & vini, quæ corpus & sanguinẽ Domini designant, super mensam Domini, quasi ante conspectû Patris proferuntur, & iuxta institutionẽ Domini, cû pia & cõueniẽti gratiarû actione vsurpantur, tunc liber quoq. mysticã istã oblationẽ nõ prætermisit. Sic etiam si idẽ est quod memoriã corporis & sanguinis Christi, cû gratiarum actione celebrare, in hoc sacrosancto sacramento Cœnæ, quod figura ac typus est corporis & sanguinis Christi, sicut quintum caput lib. 4. de Sacramentis, eorum qui D. Ambrosio adscribuntur, hac de re loquitur. Verum non inanis typus. In eo enim Dominus reuera se nobis exhibet.

Ceterum neque Scriptura, neque S. Patres vel verbum habent, significationis isto sacrificio. Quare nec liber Reformationis debuit eiusmodi nouis, & obscuris verbis vulgatam & scandalosam sacrificij Christi ignorationem augere & confirmare.

Tertia Accusatio est, Librum Reformationis iniuriã inferre Ecclesie Christi, vbi dicit, Hactenus in Ecclesia prædicatû fuisse, & adhuc doceri, Sacerdotẽ ad hoc offerre Patri Christum, vt intentione & oratione sua faciat eum esse nouum & acceptabile sacrificiû pro hominû salute, & quasi meritû passionis Christi applicet cui velit, imò distribuat his quoque, qui nulla fide id ipsum apprehendunt. Quasi deniq; populo persuaferint, opus Sacerdotis externû, & sacrificium quod Patri pro peccatis nostris

pponitur, tãtẽ esse virtutis & efficacix, vt astãtes iuuetur eo in corpore & anima, hic & in vita futura: nõ obstatẽ q̃ simul interim in omnis generis criminib. & peccatis Deo & cõsciẽtiẽ manifestẽ cõtrariis sint & permaneãt. Postremò q̃ factã istã actionẽ verterint in opus merè humanũ, atq; hinc præsumere homines cõtra Deũ & Dominũ Christũ, eo q̃ Missa in peccatis & contẽptu Christi quã maximè cõfirmẽtur, fiãtque securi. In summa, diuinam Maiestatem non posse grauius lædi, quam hoc abusu: ita enim appellari Missã à Libro.

Ad hanc Accusationem respondemus primò, Librum Reformationis Ecclesiẽ Christi nullam iniuriam facere, sed accusare eos, qui sub nomine ac prætextu Ecclesiẽ eiusmodi horrẽdã superstitionẽ introducere, & adhuc tuetũr & stabiliũt. Nõ valet, vt Ecclesiẽ continuò adscribatur, quicquid perfidi eius Pseudoministri faciunt.

Quod verò ad Accusationem ipsam attinet, ex fructibus cognoscantur arbores. Quã securè & absque omni pœnitentia Missatores maxima ex parte viuunt: nec non communis turba eorum, qui Missas audire & spectare solent, nimis, proh. dolor, manifestum est. Nihilominus quãtis laudibus Missatores Missã suã extollant, & quoscũque possunt ad eã inuitent: quanta item diligentia ac contentione homines omnis generis flagitiis & sceleribus contaminatissimi, ad Missas confluant, experiẽtia nimis apertè testatur. At quoniam nemo sine spe salutis Deum colit, dubiam non est, quin exiguo temporis spacio longè pauciores Missæ celebrarentur, audirentur & spectarentur, nisi Missatores manifestis peccatoribus, qui de nulla vnquam pœnitentia cogitant, aliquid utilitatis & emolumentis ex Missa pollicerentur, eosque in talia fiducia relinquerent. Quis verò vnquam audiuit, quod debita grauitate & seueritate contestentur, quod omnes, qui Missis suis, sine vera peccatorum pœnitentia intersunt, iram & ultionem Dei contra se per Missã prouocent? Quid arẽ hac in primis Missis, & alias, de Missarum nundinatione & mercatura prædicatum fuerit, adhuc videre licet in editis sermonum libellis. Sed de hoc supra satis.

Post hæc, quod Liber quæritur, Missas in opus merè humanum conuersas esse, id abundè testantur Missæ, quæ quotidie apud Aduersarios celebrantur. In his enim nihil omninò est eorum, quæ Dominus ad S. Cœnam suã instituit, nempe quemadmodum ipse id ordinauit. Primum enim in genere nõnunt eiusmodi homines Missas facere, qui nullã habent portionẽ in Regno & sacramẽtis Christi: quod Dominus non modò non permisit, sed apertè prohibuit. Secundò ad audiendas spectandãque Missas promiscuè omnes admittuntur, etiam qui nolunt esse Discipuli Christi, atque idcirco digni sunt, qui ab eiusmodi mysteriis Christi omnibus modis arceantur.

Tertiò, Leguntur & orantur omnia sine ædificante circũstantium intellectu, quod & ipsum verbo Dei manifestè repugnat. Quartò, Sacramenta vel non distribuuntur, vel non integra, iuxta institutionem Domini. Hęc omnia aduersãtur mãdato Domini. Quid igitur eorũ remanet, quæ præcepit Dominus, & sicut ipse instituit? Et si, n. adhuc usurpãtur verba Scripturæ, quemadmodum & Sacramenta, id tamen non sicut ordina-

uit Dominus. Quamobrem cum nihil eorum, quæ sunt ad hanc actionem à Christo ipso instituta, residuum in Missis sit, necessariò sequitur, eas esse opus purè humanum, & instinctum spiritus Satane.

Porro quàm grauitè & horribiliter diuina Majestas ledatur & contemnatur, quod sanctissima ista ceremonia tantoperè peruertitur, & directè cõtra institutionè Domini seruatur: imò quòd per eã peccatores contra iudiciũ diuinum obdurantur, & in omnibus sceleribus ac flagitiis securi reddantur, id cuilibet Christiano per se patet, & in omnibus Prophetis passim obuium est, qui contra peruersas ceremonias, falsamque fiduciam, quæ in illis collocatur, tam seriò clamant.

Quarta accusatio est, Librum Reformationis abrogare & damnare Missam totius Ecclesiæ Christi, quæ præcipuè in eorum Canone consistat: qui in Libro Reformationis exclusus sit, & nouus quidam ritus, hæcenus in Ecclesia non auditus, introductus.

Catholicæ Ecclesiæ Christi Missa est S. Cœna Domini, sicut ipse eam instituit, & obseruari præcipit. Ritus & obseruatio veteris Ecclesiæ iã ante descripta est. In libro autem Reformationis nemo quicquam reperiet, quod verè Missæ Christi, & Ecclesiæ eius vel minima ex parte repugnet: imò quòd non sit à Domino ipso institutum, & ab Ecclesia eius fideliter obseruatum. Tantum abest, vt veram Catholicæ Ecclesiæ Christi Missam abroget, aut damnet. Porro quid in ipsorum Canone desideretur, quòdque nihil minus sit, quàm antiquus Catholicæ Ecclesiæ Canon, supra demonstratum est, in proprio articulo.

Quinta Accusatio est, Librum Reformationis confingere & instituire nouam Missam, in qua nulla fiat consecratio, cum inuocatione nominis Diuini. Ordinare enim vt Hymno Sanctus decantato, sine omni inuocatione aut prece Canonica, mox verba Domini Iesu Christi decantentur, ac cõfestim vbi populus responderit Amen, pari modo decantet & Pater noster. Quare necesse esse: vt subditi nostri vero corpore & sanguine Christi priuentur, vbi ad doctrinã Libri suscipiendã fuerint adacti.

In hac accusatione rursus introducitur nouum ac falsum dogma aduersariorum, quod verbo Domini manifestè repugnat, fideique & obseruationi veteris Ecclesiæ, nempe quòd Consecratio Sacramentorum non fiat per verba Iesu Christi. Etiam si enim Liber Reformationis ordinat, vt verba Domini singulari grauitate decantentur, aut recitentur, vt populus Amen ad ea respondere queat, nihilominus tamen scribunt aduersarij, quòd homines qui eiusmodi Missarum formas recipiãt, priuentur corpore & sanguine Christi. In quo cõsecrationem à verbo Domini remouent, Canonique suo iam attribuunt. Qui quoniam à Libro prætermisus est, non dubitant scribere, quòd quicumque hac nostra forma vti velint, corpore & sanguine Christi priuentur: Item nullam fieri consecrationem, etiam si verba Domini recitentur, quemadmodum in Libro ordinatum est. Sed quando Canõ quoque recitatur, quomodocumque tandem dicatur (sicut quotidiana experientia docet quàm impie à multis milibus Missatorum legatur) tum demum fieri consecratione: an non hoc est preces hominum, Verbo Domini antepone?

Porro Librum Reformationis nullā inuocationem nominis Diuini ordinasse, verum non est: videatur ambæ formæ prolixæ supplicationis pro omnibus necessitatibus Ecclesiæ, quas Liber ad imitationē veterū præscripsit. Ordinatum quoq; in eo est, vt Oratio Dominica etiā recitetur, quā solā Apostoli, vt D. Gregorius testatur, ad cōsecrationē recitarunt.

Denique quando in Libro ordinatum est, vt populus ad verba Domini, *Accipite, Comedite, hoc est corpus meum, &c.* Amen dicat, in eo continetur communis inuocatio ac petitio, & in Oratione Dominica nempe vt ei Dominus corpus & sanguinem in cibum ac potum ad vitam æternam tradere velit, sicut ea in verbis suis porrigit.

Sexta Accusatio est, Librum non ordinasse vt oretur pro Papa, & mortuis, neque vt memoria habeatur animarum, quæ cum signo fidei discesserunt.

Ad hæc omnia superius responsum est. Quod ad Papam, constat veteres in hac prece suorum tantummodo Episcoporum nominatim meminisse. Ad hæc non obscurum est, quid antiqui Canones requirant, pro quibus hominibus & officiis, & qua ratione hoc loco preces fieri velint.

Quod ad defunctos, certum est, antiquissimos in hoc officio pro illis non orasse, id quod vel ex Dionysio manifestum est.

Sanctorū memoriā in hac oratione celebrare, non est necessaria ordinatio. Quamuis igitur hoc loco ad grauē abusum & errorem, ad quem detorta est, amouendum, præmittitur, aliis verò temporibus, quibus & oportunius, & ad ædificationē promouendam vtilius fieri potest, habetur, id tamen nemo Christianorum meritò vituperare potest.

Septima Accusatio est, Librum velle vt oblationes non Sacerdoti ad altare, sed Curatoribus potius secularibus offerantur, tradanturque, & ab iis in gazophylacium pauperum reponantur. Cū veteres oblationem ad altare, & Sacerdoti adferri ordinauerint.

Oblationē antiqui ad Mensam Domini attulerunt, quādo offerebant panē & vinū. De pecunia nihil habetur. Quamobrē cū Dominus ipse in veteri populo suo, certum locum pro Oblatione pecuniæ deputarit, non debebant Aduersarij ægre ferre, si Liber diuinam ordinationē imitatur. Sed neque verum est, quod veteres Oblationes Sacerdoti attulerint; Christo Domino eas attulerunt, pro Sacerdotibus quidem, sicut etiam Liber Refor. disponit. Verū à tempore Apostolorum suos habuit Ecclesia Diaconos, quorum officium semper fuit, oblationes recipere ac dispensare, idq; cū consilio ac consensu Presbyterorum, & Episcopi: quibus etiam rationem reddebant omnium acceptorum & expensorum: at Sacerdotes non recipiebant ad se oblationes.

Ad hæc neque seculares Curatores Liber Reformationis oblationibus præfecit. Propositum enim nobis est, probatissimos maximèque spirituales illis præficere, qui veri ministri, hoc est, Diaconi Ecclesiæ esse possunt. Spirituale enim esse, Ac vera ordinatio non à nudis nominibus, verbis & coronis, sed legitima ac pia probatorū & idoneorū hominum ordinatione, fideli denique iniuncti muneris executione dependet.

Octaua.

Octava Accusatio est contra id, quod Liber ordinat, ut verba Domini clara voce ad intellectum omnium fidelium presentium recitetur, quo & ipsi suum Amen ad ea subiicere queant. Dicunt, Patres velle, ut mysteria Domini abscondantur. Ad hæc nullum obseruari nostro tempore discrimen inter populum sanctum & prophanum, imò excommunicatos. Demum Orationem illam, que ante consecrationem super hostiam dicitur, idè Secretam vocari, propterea quod non debeat omnibus temerè publicari, &c. Veteres S. Patres volunt, ut mysteria Christi, non à fidelibus, coram quibus solis S. Cœna celebrari debet, sed ab infidelibus & energumenis abscondantur. Et quam ob causam fideles legitima & intelligibili S. Cœnæ administratione, quæ sola ad edificationem facit, spoliarentur, propterea quod Ecclesiarum Præpositi, tam cum Christo Domino, quàm cum Sacrosanctis eius Sacramentis tam perfidè agunt, ut sine discrimine omnes, etiam eos, qui apertè indigni, & excommunicationem promeriti sunt, ad sanctissimum istud officium admittant? Quo iure priuari debent Filij Dei summa consolatione sua, Videlicet verbo Domini nostri Iesu Christi, propterea quod Ministri Ecclesiæ tam infideles serui sunt, & à mensa Domini non arcent, qui ad eam admitti non debent? Suum quilibet onus portare debet, nec pij propter improborum peccata puniri, sanctissimisque donis despoliari.

Veteres ab indignis mysteria ita absconderunt, ut ea ne spectandi quidè potestatem illis permiserint. Quæ disciplina si collapsa est, sicut, prohdolor, nimis grauitè interdicit, exigatur rursus, & qui volunt esse ministri Domini, fideles se declarent, dent Filio Dei debitum dimensum, & alienos, iuxta præceptum mandatumque Domini de illis, tractent.

Non ignorant Aduersarij, hæc verba Domini apud veteres clara voce ad vniuersum populum pronounciari consueuisse, populùmque suum Amen illis subiecisse: quæ consuetudinè Græci adhuc hodierna die obseruant. Nihilominus tamen audent tentare simplicium oculorum præstigiis fascinare, citando S. Patres Ambrosium & Basilium, quo minus in hoc negotio verum prospicere queant: cum tamen sciant, vtrunque Doctorem, sicut & antiquos omnes contrarium & docuisse & obseruasse.

Verùm superius in Confutatione Canonis Aduersariorum satis comprobatum est, hæc mysteria omnia, ad planum circumstantium intellectum pronouncianda ac proponenda esse. Legatur quid D. Ambrosius, in cap. 14. prioris ad Corinth. super hac re scripserit, quid item, lib. 4. de Sacramentis, quos tanquam Ambrosij citando Aduersarij satiari non possunt. Quid item in Liturgiis, adscriptis D. Chrysostomo & Basilio.

Quare Canonem Secretam orationem appellent, ipsi rationem reddant. Paulò ante ex D. Chrysostomo declaratum est, precationem istam communiter cum populo, & ad eius intellectum faciendum esse. Hæbent quidem Græci nonnullas precationes, quas Sacerdos in silentio dicit, verba verò Domini, & omnes principales preces publicè ad intellectum omnium circumstantium enunciant. Hactenus ad ea, de quibus Aduersarij Librum Christianæ Reformationis, quò ad S. Cœnam. reprehendunt. Quæ omnia beneuole Lector, pia & Christiana mente.

perpendere & examinare velis.

Fama est nonnullos esse Prælatos Coloniz, quibus hæc Aduersariorum signemeta tantoperè arrident, vt liberè iactare audeant, Missam suam nunc primùm debere consistere, nec quenquam ipsam euertere valiturum. Verum qui Spiritum Christi habent, & veritatè eius agnoscunt, omnia item, quæ ad Confutationem signemtorum, ab Aduersariis pro defensione Missæ suæ adductorum, prolata sunt, perpendunt, sine dubio videbunt, Missam, pro qua Aduersarij pugnant, in nullius animo, in quo vera fides Christi locum habet, & Antichristus nondum obtinuit, consistere posse.

### Vndecima quarta Accusatio.

*De Pœnitentia, Confessione, & Satisfactione.*

CAP. CVIII.



AN C Accusationem Aduersarij in quinque partes distribuerunt, quarum prima est: Vtrum Pœnitentia seu Absolutio debeat inter Sacramenta Ecclesiæ à Domino instituta numerari: Altera de Confessione, An teneamur Sacerdoti omnia peccata distinctè confiteri. Tertia de Satisfactione, An ea Pœnitentibus imponenda, Quinta de Excommunicatione.

### De prima Parte.

*Vtrum Pœnitentia vel Absolutio Sacramentum sit à Domino institutum.*

CAP. CIX.



Ac de re supra disputatum est in Articulo de Sacramentis in genere. Responsum verò tale est.

Pœnitentia est verus & Christianus dolor de peccatis, non Sacramentum Ecclesiæ: Si per Sacramentum intelligatur inuisibilis gratiæ Christi Visibile signum: sicut Baptismus, S. Cœna, & Impositio manuum. Sacramenta sunt & dicuntur. Christiana enim Pœnitentia peccatorum, donum est & opus Spiritus Sancti in Electis, per quod de peccatis suis ira conteruntur, & ex animo dolent, vt remissionem eorum ardentibus votis, sedulâque imploratione gratiæ & misericordiæ diuinæ, per Christum Dominum nostrum, firmo denique proposito emendationis, petant: Veterem Adamum in semetipsis mortificare fortiter aggrediantur, omnibusque bonis operibus summâ diligentiam incubât. Hæc sanè spiritualis affectio est, & internus dolor animi, dicta pœnitentia opera excitans, non visibile signum.

Sic neque Absolutio Sacramentum dici potest, hoc modo de Sacramentis loquendo, ea enim nihil aliud est, quàm liberum pronuntiare à peccato, vel, peccata in nomine Domini remittere, per quàm ministri Ecclesiæ, omnibus